


78 N 13 [14] X3013836



HONORIBUS PHILOSOPHICIS

VIRI ADMODUM REVERENDI ET CL.

# JOHANNIS GEORGII HEYDERICHII

VERBI DIVINI IN ECCLESIA SLADEBACHIANA

INTERPRETIS

IN ACADEMIA LEUCOREA

PRIDIE KAL. MAJ. A. ÆR. CHR. MDCCXXXII.

DIGNE COLLATIS

EX AMICITÆ & COGNATIONIS LEGE  
DICATUM.

MARTISBURG, Apud CHRISTIANUM KOBERSTINIUM.

Difficiles nobis divini patris sermo  
 ingenio indagare ex plene viri  
 Bloch corus qui in nobilitate habens  
 Pluribus doctrinis doctor plene gerens  
 hinc inconcussa fuit die orationis fuit  
 Quis nullo eromine in die illa inquit  
 Barbara & coram rebus  
 Pluribus rebus inquit  
 Quis noscitur necesse est  
 Atque excelsis proximis lectis dicitur



Kapsel 78 N 13 [14]

AK

VD 18





Ena mihi dudum senuit collapsaque friget,  
Et negat in numeros amplius ire novos;  
Apprecor hinc unum hoc: Numen Tua  
coepta secundet  
Et Temet multa prosperitate beet!

Genero per dilecto  
novum decus & axioma  
per senex & animum quotidie  
*επιτροχου* applicans

LMQ gratulatur  
DAVID LICHTENHAHN, D.

Archiatr. Duc. Sax. Marisb. Acad. Cur.

CONveniunt pulchre & nexu sociantur amico  
Socraticæ laurus velaque sacra stola.  
Quæ coelo demissa fuit doctrina, per artes  
Altius evectas robur & augmen habet,  
Difficiles nodos divini juris acuto  
Ingenio insignes explicuere viri.  
Electi coetus qui jam moderantur habenas,  
Flumine doctrinæ pectora plena gerunt:  
Hinc inconcuffis stant dia oracula fulcris,  
Quæ nullo errorum pondere pressa ruent.  
Barbarie & cœca rerum caligine legis  
Æternæ tenebris lux adoperta fuit.  
Quis noctem nescit? cui conciliâre serenum  
Artibus excultis proxima secla diem.

Sunt Batavi testes, testes appello Britannos,  
 Nec quondam verax Teuto negare potes,  
 Ipsa superstitio & fallax veneratio divum  
 His pariter venis femina prima trahit.  
 Disjunctas alio regiones sole calentes  
 Larvatos docuit gymnosophilista deos,  
 Qui Pelusiacas numen placabat ad aras,  
 Scrutator physices interioris erat.  
 Jusfit Achæmenidas sapientum turba magorum  
 Orare insano numina ficta modo.  
 Arcana Eumolpus sacra propinavit Achivis,  
 Romuleas auctor rexit Etruscus opes.  
 Gallos & nostro diductos orbe Britannos  
 Instruxit Druidum cura maligna deis.  
 Confucius Sinas, Thraces Mahometus & Ali  
 Persas mentita religione beant.  
 Tantæ molis erat, simulatos condere cultus!  
 Limitæ fuit hoc non rationis opus?  
 Sic ratio, inventrix rerum, dominatur ubiqve,  
 Et multum sacris confociata valet,  
 Si metis obsepta suis intelligit arcto  
 Verbi cœlestis subdere colla jugo.  
 Hæc divinarum suprema scientia rerum  
 Indeclinato ducit ad astra gradu.  
 Recte agis, Heydrichi, sanctum qui munus honore  
 Musæo effictim condecorare cupis.  
 Phocaicam lætor circum Tua tempora mitram  
 Serpere: sunt votis dona parata Tuis.  
 Hactenus eluges finitæ conjugis umbras,  
 Et juvit lacrymis illacrymassè meis,  
 Nunc, quam formavit Phœbus meliore metallo,  
 Ex alio accedit sponsa petita loco.  
 Hæc Tibi inabrupto procedat adorea cursu!  
 In quam consuetus livor inermis erit.

Gratulabundus applaudit

D. CHRISTIANUS AUGUSTUS LICHTENHAHN.

Med. Ducat. Saxon, & Phys. Provinc. Martisburg.

**D**ivini qui sacra docens mysteria verbi  
Commissum terfo dirigis ore gregem,  
Accipis à teneris cultæ Tibi Palladis annis,  
Heydrichi, ingenio præmia digna Tuo.  
Quam bene conveniunt sacri stola muneris index,  
Sertaque Phœbeæ laurea frondis honos.  
Namque pia humanis inimica oracula non sunt  
Artibus & concors utraqve fœdus habent.  
Sæpe Aganippeæ conscendunt Siona Musæ,  
Grataque sollicita cum prece thura ferunt.  
Et facile advescunt dimisso Numine falso  
Sectari verum supplice voce Deum.  
Maecte igitur titulo insigni, merito Tibi cedant  
Inque perenne recens nomina parta decus.  
Tu modo, quem tenui versum modulamur avena,  
Et numeros æqvâ respice fronte leves.  
Litibus intersunt raræ rostrisque Camœnæ,  
Illæ horrent nostri jurgia sæva fori.

HAUBOLDUS ERNESTUS LICHTENHAHN.

Sereniff. Duc. Sax. Merseb. à procurandis Cameræ causis,


**P**ræclara insignes academia donat honores  
Cum multo applausu, Vir reverende, Tibi  
Non superest spatium, mea quò quam maxima possint  
Gaudia diffuso luxuriare modo.  
Contraho vela, quibus nostra officiosa voluntas  
In dignas laudes ire parata fuit.  
Sis maecte & fœlix, sis fortunatus, & illud  
Sit stabile & solidum tempus in omne decus!

Scr.

RUDOLPHUS GVILIELMUS LICHTENHAHN.



78 N 13 [14] X3013836



HONORIBUS PHILOSOPHICIS

VIRI ADMODUM REVERENDI ET CL.

# JOHANNIS GEORGII HEYDERICHII

VERBI DIVINI IN ECCLESIA SLADEBACHIANA

INTERPRETIS

IN ACADEMIA LEUCOREA

PRIDIE KAL. MAJ. A. ÆR. CHR. MDCCXXXIII.

DIGNE COLLATIS

EX AMICITIÆ & COGNATIONIS LEGE  
DICATUM.

MANTICURGI, Apud CHRISTIANUM KOBERTSEINIUM.

Difficiles nobis divini verba accipere  
 ingenio infirmis explicare vult  
 Electi coram deo non inobediunt lapidas  
 Pluribus doctrinis peccata deus gerunt  
 Hinc inconcussa sunt dia oracula fœdera  
 Quis nullo eromere possit hæc mœnia  
 Barbata & cornuta torrensque leges  
 Fœdera tenentis hinc cœlestis ferentis  
 Quis noscitur necesse est cœlestis ferentis  
 Artibus excolitis proxima scela dicant



Kapitel 78 N 13 [14] AX

VD 18

